



AVGVSTINI  
**BARBOSÆ**  
 I. V. D. LVSITANI,  
 PROTONOTARII APOSTOLICI,

OLIM S. CONGREGATIONIS INDICIS  
 Consultoris, & insignis Ecclesie Vimaransenfis Thesaurarij maioris,  
 DEMVM EPISCOPI VGENINI, ET A CONSILII  
 D. PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici

**PASTORALIS SOLICITVDINIS**  
 SIVE  
**DE OFFICIO, ET POTESTATE**  
 PAROCHI TRIPARTITA DESCRIPTIO:

Quis partes singulas earumque materias, methodo noua, atque expedita  
 pertractatas, sequens pagina declarabit.

**VLTIMA EDITIO PRIORIBVS EMENDATIO.**  
 CUM SYMMARIIS, & INDICIIS, completissimis.



LUGDVNI

Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD,  
 PETRI BORDE, ET GVILL. BARBIER.

M. DC. LXV.  
 CVM PRIVILEGIO REGIS.



ILLVSTR.<sup>mo</sup> ET REVER.<sup>mo</sup>

D. D. RODERICO  
A CVNHA,  
IVRIS PONTIFICII CONIMBRICENSI  
DOCTORI,

*Olim heretica prauitatis Ulissiponensi Inquisitori, postea Portalegrensi  
Episcopo, deinde Portucallensi, nunc Archiepiscopo, ac Domino  
Brachara, Hispaniarum Primate,*

AVGVSTINVS BARBOSA FEL.



X eo tempore, quo ego Virtute duce, & comite, vt aiunt, Fortuna, ad has Italiae partes appulsus Romae in totius Orbis emporio, & imperio, postliminio reuersurus in patriam, habitare coepi, nihil mihi potius fuit, quam vt Te, Praesul amplissime, meis litteris salutarem; & quae in lucem dedissem, monumentis impertirem. Videbam plane quam ex longinquo tui Nominis fama, & claritas grandibus hinc, & illinc tum generis, tum etiam sapientiae circumuecta pennis in hanc regionem, regiamque ciuitatem penetrauerit. Quae te omnes ex antiqua, & regia Tristani illius Cunhae Orientalis Indiae Propagatoris, Moderatoris & Conservatoris profapia sobolem merentem praedicant, & Canonij rhythmo iam Latine reddito, & ab omnibus intellecto tui commendandi suppetente materiam non solum exteri nedum repetunt Lusitanae.

*Pompeium Cugna sequetur,*

Ex lib. 10.  
Lusitanum  
vers. 163.

*Regnabitque diu. Hic Chalenses eriget arces,  
Dumque Dio metuendus erit, Basanus eadem  
Se dabit, & multo constabit sanguine pugna.*

Repetunt quoque quemadmodum tuus idem Gentilis Heros Insulam Australem retexerit, suo ipsius nomine celeberrimam:

Ex eod. vers.  
17.

*Sed procul o quantum video clarescere lumen,  
Dicebat Nympha, & numeros sublime ferebat  
Per freta Melindes, Oriaque, Lamique, Brauaque;  
Sanguinolenta simul memorans certamina Cugna,  
Cuius in Australi Laurenti nomine noto  
Littore nomen erit clarum aeternumque manebit.*

Nec satis. Quae etiam in te omnes incredibilem philologiam, & instam scientiarum encyclopaediam venerantur, atque immensum, & profundum



AVGVSTINI  
**BARBOSÆ,**  
 V. I. D. LVSITANI,  
 DE PAROCHI OFFICIO,  
 ET POTESTATE,  
 PARS PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

*Parochus unde dicatur, & quid Parochia, & Parochialis Ecclesia, ac beneficij curam animarum habentis nomine veniat?*

SVMMARIVM.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1 Parochi apud Ethnicos dicebantur illi, qui Legatos publice Romam missis salem, &amp; ligna preparabant.</p> <p>2 Parochi in Ecclesia sunt Sacerdotes auctoritate Episcoporum Ecclesias presectis, a plebibus sacrum Divini Verbi, &amp; Sacramentorum pabulum administrant.</p> <p>3 Parochus Græcis est incola siue habitator in loco.</p> <p>4 Plebani dicuntur, qui curam exercent animarum in Plebania, habentes sub se plures Ecclesias, vel Capellas.</p> <p>5 Plebani Ecclesia appellatur matrix, quasi mater Ecclesiarum, quas sub se continet.</p> <p>6 Archiepiscopus Ecclesia, Metropolis dicitur id est, Civitatum eiusdem Provincia mater.</p> <p>7 Plebanis sola competis iurisdictio fori parochialis, ut Parochis.</p> <p>8 Plebani non dicuntur in dignitate constituti.</p> <p>9 Cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. iudic. ordin. declaratur.</p> <p>10 Rectores dicuntur quia plebem, &amp; populum sibi commissum cum cura regunt.</p> <p>11 Curati appellantur à cura, quam de regendis, quibus susceperunt.</p> | <p>12 Parochia cuiuslibet Rector appellatur etiam proprius Sacerdos.</p> <p>13 Capellanus dicitur qui in Ecclesia Menachorum curam exercet.</p> <p>14 Parochia nomine antiquè Christiani vsi fuerunt.</p> <p>15 Parochia Græcè, idem est quod acolitarum conventus seu habitatio, aut cura.</p> <p>16 Parochia dicitur quasi paristocura.</p> <p>17 Parochia antiquitus distinet non erant, sed Episcopi omnes dicebantur totius Diocesis animarum curam exercere.</p> <p>18 Dionysius Papa crescente Christiano populo singulas Parochias singulis Sacerdotibus assignavit.</p> <p>19 Parochia dicitur locus in quo degit populus alicui Ecclesia deputatus, cuius finibus limitatus.</p> <p>20 Parochia debet constare ad minus ex decem familiis.</p> <p>21 Parochia qualibet cum habeat suum territorium separatum, &amp; divisum, amplius non licet alteri in eo aliquid facere.</p> <p>22 Episcopus post divisionem Parochiarum non amplius dicitur Rector siue Parochus totius Diocesis, sed solius Ecclesia Cathedralis, &amp; Prælati.</p> |
|--|---|